(Pommersfelden, Proverbia Oravii)

Scheinen durchwegs sehr simpel u. ohne Schärfe und ohne kulturgeschichtlichen Gehalt.

Godefridus Wintoniensis

Undique susceptum qui miscuit utile dulci
 Undique laudandum pagina nota refert
Quod sequor a longe cum ludis seria libens
 Immo per ludos seria notificans
Proposui ludendo quidem garrire aliorum
 Mores carpo alios. me quoque carpo simul.
Rubigo invidie species invisa candoris
 Omnis abest · ut me video sic alios
Rideo verum alios · ne nos male rideat alter
 Ne quis nos possit ludere · rideo nos
Invidus irrisor redivivo crimine gaudet
 Et semel irrisum terque quaterque cupit
Nolo redargutis superesse notabile quicquam
 Causa et quod sequitur depereant pariter.

Discendi Damiane modum te querere dicunt
 Discas dum nescis · sit modus iste tibi

Superius dum sepe petis nimis alta Corinna
 Far sit sufficiens una mina tibi

Contemptum stulti contempnere dicitur laus est
 Et tempnisi a stulto dedecus esse nego

Multa Salon sed plura Cato me verba docetis
 Sed nemo vestrum ~~quod docet ipse agit~~ quanta docetis agit

Hebale disce prius iuvenisque puerque labora
 Neve senex discas. Hebale disce prius
Soli Lapse tibi multorum queris honorem
 Sed quod multorum est. dissociare grave est
Pecte lanaque canem causam tibi ponis inanem